

A. 7

BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
Racc.
De Marinis
A.
1072
NAPOLI

Rau Dr Marinus A 1072 ~~631~~ ~~743~~

Digitized by Google

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ
Τειου Μελη
Anacreontis Teii Odae
Graec. Latin. Ital.

Editio I. Neapolit ult ex MS.

FRANCISCI MAZZARELLA PHARAO

Πειθω Ανακρεοντι συνεβπετο. *Antholog.*

Biblioteca Nazionale V. E. III NAPOLI

Dignum laude Virum Musa vetat mori Horat.

1803

ANACREONTIS VITA

ex ms. Francisci Mazzarella-Pharao.

ANacreon Poëta lyricus ex Teo, nunc *Sufor*, Joniæ maritimæ Civitate; si eius scriptis credendum, supramodum lascivus, quodque peius, nefandis amoribus Cleobuli, Bathylli, Megisthei, Smerdis, sive Smeridis, aliorumque: & quo deperiisset amore Euripylen, Cybellen, masculam Sappho, ab aliis scias: consulendique Deiphilus, Hermesianacteſque Colophonius. Ortus Olympiadis LV anno II, V. vero C. anno CXCIV.: floruit temporibus Cyri, & Cambysis, circiter scilicet annos quincentum, aut DLVIII ante Christum natum. Patrem habuit Scitinum jambigraphum, iuxta alios Aristocritum, Eumesum, sive Eumelum, Partheniumve, de qua re dissentiunt historici, ut adhuc sub judice lis siet: matrem vero Æetiam ex Attica, imo ut aliis dicitur, Athenis ambo, affinesque Soloni, Dropidæ, Critiæ ex Codro, uti docet Plato. Συγγενους habuit Alcmannum e Lydia, Alcæum, Sapphum, Pittacum, Cleobulum, Thaletem, Biantem, Pythagoram, Anaxagoram, Herodotum, Sophoclem, alioſque insignes viros. Patriam coactus deserere a Persis obsessam, devastatam, non unus civium suorum, Athenienſiumque, Abderam Traciæ urbem non ignobilem, placidus secessit. Qua ratione plurimorum gratiam, benevolentiamque aucupasset, repetendum sane ab eius jocis, scurrilitatibus, honor sit auribus, vitæ-

que hilaritate, quibus quam maxime valebat. Carus itaque fuit Hipparcho Pisistrati filio, qui (ei triremem quinquaginta remis instructam Teum misit, ut Athenas veniret) literis licet ille deditus, forsan ut tyrannidis invidiam sapientiæ opinione extingueret, fautorque hinc literatorum videri volens, ob libidinem in Armodium Aristogitonis conjurationem in se excitavit, uti ex Thucydide. Signum tamen æneum ei Athenis ille posuit. Carus pariter fuit, imo percarus Polycrati felicissimo Samiorum Tyranno, quo familiarissime usus, difficillimi licet ingenii; de quo consulendus Maximus Tyrius: & eo hic etiam in rebus maximi momenti, donisque speciosissimis cumulatus, inter quæ numerandum sane illud quinque talentorum, quod ejus spiritum, uti fertur, nec credam, tot curis, sollicitudinibusque adeo exagitavit, ut ad recuperandam animi tranquillitatem, donatori reddiderit. Proh! diviti, nobili, doctoque viro philosopho, vatique tantam crucem munus tam exiguum! Cur a Platone dicatur *dives*, *nobilis*, & σοφος ipse videat, tuque eum consule, sis lector. Forsan non tam dissolutis fuit moribus, uti ex eius odariis: forsan libido illis temporibus non vitio vertenda, præsertim doctis viris, quibus sæpe ad animi exhilarationem post tot literarum studiis exantlatos labores curæ bonum diem facere, venerique indulgere, ut ex Homero Thetis ait lugenti, mœrentique filio Achilli; mensa enim, cubilisque οκρα, οργιατε animos recreare sola potis sunt:

Tex-

Τεκνον εμον, τεο μεχρις οδυρομενος χαι αχευων
Σην εδεαι κραδιην, μεμνημενος ουδε ποσιτου
Ουτ' ευνης; Αγαθον δε γυναικι περ εν φιλοτητι
Μισγεσθ' . . . .

Fili mi, quousque lugens & mœrens
Tuum edes cor, memor neque cibi prorsus
Neque cubilis? Bonum vero mulieri amore
Misceri.

Quod illis temporibus non utique nævus reputabatur cuique, ceteris uti Epicuri de grege porcis ſenſualibus voluptatibus præſentibuſque tantum ſollicitis. Sic nonne Theodata, Aſpaſia, cæteræque βαθυζωνοι pulchritudinis archetypa, ſapientiæ nec ne exemplaria vulgato corpore abſque infamia proſtituebantur? Nonne Straton membra Erycinæ Veneri devotarum *ſanctæ* vocat? nonne ſummis extolluntur laudibus juvenculæ multos amplexantes advenas *ſacræ* Suadelæ *miniſtræ* Corinthi a Pindaro, πολυξεναι νεανιδες αμφιπολει Πειθους εν αφνειω Κορινθω? nonne Babylone, alibique in honore *ſucchot venoth?* videſis noſtras diſſert. elucubrationeſq. in fine *Lucaniæ Joſephi Antonini*.

Maximus Tyrius ait, quondam redimitum tempora floribus, ebrietateque nutantem, labantemque ceu alter Silenus heſterno inflatus venas Jaccho, in Panjionio incidiſſe in quandam Nutricem puerulum in ulnis geſtantem, eique petulenter vel nimis inſultaſſe, quæ ebrietati parcens, Deos precata eſt, olim puellum illum eius carminum fieri decens argumentum, quod re evenit; ab eo namque carminibus concelebratus eſt, quem prius maledictis contumeliiſque præ temulentia maxima proſciderat injuria:

eſtque ille Cleobulus, cuius perpulchre honeſtatum in fragmentis, quæ reſtant, nomen legitur, præcipue ode LXIV.

Poſt Hipparchi cædem pingui paterna hæreditate frui volens, proculque publicis negotiis eſſe havens, Teum ſeceſſit, quo feliciſſimæ quietis & tranquillitatis pleniſſimo aſylo reliquum vitæ tranſegit, rurali ibi ſelecto opportuno domicilio, amœniſſimo Ægei maris proſpectu detentus, illecebriſque civium, amicorum, ſequioriſque ſexus ei non ingrati: e regione tot delitioſiſſimarum Inſularum liberum amabileque Epicureorum vivendi genus non incommodum nactus, id ſequi, numeris carminibuſque celebrare, uti quod non aureis laquearibus, ſed ruſticis dumtaxat innocuis tectis morari inveniturr, paceque ſociante reſidet, ceu potis fuit, ſic Muſis totum ſeſe devovit. Dicitur & illis placidiſſimis otiis, deſidiaque prurigiginem, œſtrumque ſubiiſſe uxorem ducendi, quodque peius illocabilem fere ætate provecta, dote caſſam, & niſi pulchram, animi ſaltem dotibus credendum tanto viro dignam, æſtimandamque, ſelegit, ſociamque ſibi adjunxit: huius nomen antiquitas ſilentio præteriit. Muſicam, cantumque in deliciis olim inter pocula apud Ægyptios, Hebræos (*Iſai. Cap. V.* 12.) Babylonios, cæteroſque orientales, hic læta inter ſuorum convivia, comiſſationeſque civium jugiter græcari gaudentium, ad majorem animi exhilarationem quaſi novos ritus primus indidiſſe dicitur. Quoad eius mores ſcinditur incertus ſtudia in contraria eruditorum chorus. Plato, Xenophon, Apuleius, Maximus Tyrius, Ælianus,

nus, Athenæus, aliique quam multi de eius ſobrietate, frugique vita, probitate morum, philoſophia buccinatores prædicant; quicquid contra ex eius odariis adpareat; æquivoca ſane res, multis enim ſi laſciva pagina, proba tamen vita fuit, & ſi noſter vates nobilitatis genere tantum fuffultus, vitæque inſuper immorigeræ, imo apparentibus nævis deturpatus in publicum laudem ad aucupandam prodiret, cum Lucano ſane dicerem

Quid imaginibus, quid avitis fulta triumphis
Atria, quid pleni numeroſo Conſule faſti
Profuerint, cui vita labat? perit omnis in illo
Nobilitas, cui laus eſt in origine ſola.

Nobili aſt nedum hic genere ortus, doctus inſuper, ſuavitate admirabili facundus, moralis, frugi, lepidus, unde & omnibus vivens carus, & mortuus deſideratus, inque ſuis huc uſque tam admiratus operibus, ceu omnes norunt, uti de ipſo videatur dictum:

Solaque non norunt hæc monumenta mori.

Plinius inter cæteros, Valeriuſque Maximus aiunt „ *Statum humanæ vitæ modum ſupergreſſum eſſe*, ac tandem vitam cum morte commutaſſe, uvæ paſſæ grano ſtrangulatum, quum tenues, & exiles virium reliquias foveret. Contra Lucianus, licet inter longævos enumeret, inquit tamen, periiſſe octogintaquinque annorum ſpatium non prætergreſſum, quod & de Sophocle narratur, qui eodem mortis genere ad Elyſios advolavit, nonagintaquinque annos natus. Ex Horatio, qui *lib.* 1. *od.* 17. ait „

. . . . *Et fide Teja*
Dices laborantes in uno
Penelopen, vitreamque Circem. col-

colligitur poëma panxisse de *Ulyxis*, *Penelopesque amoribus*. Scholiastes Nicandri memorat aliud inscriptum Ὕπνος, *Somnus*, aliud Ῥιζοτομικα, sive *de radicum sectione*, elaboratum intuitu Democedis Medici, forsan illius e nostra magna Græcia, & in aula Persica maximi decoris. Multaque in honorem Polycratis, præcipue post eius fata, quum lacrymis motus filiæ Darius extremo affecit supplicio proditorem Oretam. Encomia etiam familiæ Pisistratorum conscripsit, suadente Hipparcho: cætera pessum ivere, quæ sane multa creduntur fuisse tanti Viri poëmata, variis carminum generibus compacta, uti ex Suida, Chrysostomo, aliisq. etiam piis christianis. Doctas, pulcellasque, nunc quas visimus reliquias, unde dicere possumus ἐξ ονυχος Λεοντα, imprimis Henricus Stephanus e situ in lucem prodire jussit anno reparatæ salutis MDLIV. Non paucos inde nactus post huius docti Viri latinam versionem meritissime est tantus Vates Scholiastas, Interpretesque. De eo sic, Ovidius *trist.* 2.

Quid nisi cum multo venerem confundere vino
Præcepit lyrici Teïa Musa Senis.

& Horatius „ *Nec, si quid olim lusit Anacreon*
delevit ætas . . .

Ipse inventor eius carminis, ab eo postea *Anacreontici* nuncupati, & ab Horatio primum in Latium invecti.

Inter multa eius tumulo, sive cenotaphiis adposita Græca, Latinaque epigrammata, liceat hoc adferre inscriptum epitaphium:

At te, Sancte Senex, acinus sub tartara misit,
Cycneæ clausit qui tibi vocis iter.

Vos

Vos hederæ tumulum, tumulum vos cingite lauri,
Hoc roſa perpetuo vernet odora loco.
At vitis procul hinc, procul hinc odora faceſſat,
Quæ cauſſa diræ protulit uva necis.
Creditur ipſe minus vitem jam Bacchus amare,
In Vatem tantum quæ fuit auſa nefas.

Julianus hoc elogio eum honeſtavit, quo en quid ipſum dicentem inducit.

Πολλακι μεν τοδ' ειπα, και εκ τυμβου δε βοησω,
Πιετε, πριν ταυτην αμφιβαλητε κονιν.
Sæpius hoc cecini, jamque exclamabo ſepulchro,
Ante bos, ſi ſapiat, quiſque bibet, cineres.

Aliud

Vina crepas, multo celebraſti carmine vitem,
Uva tibi vitam, præbuit uva necem.

Paraphraſis Paſch. Clementi.

Colmo il nappo in tutte l' ore
Solo aver fu il tuo deſio
Di ſpumante aureo licore
Del miglior che vanti Chio:
Di tue corde allor ſonore
Il buon ſuon la Grecia udio
Miſto a voci aſſai canore
Celebrar di Naſſo il Dio.
Tu dall' uva abi quanta, e quale
Gloria, e vanto, e ſpirto aveſti,
Che già reſeti immortale!
Rio deſtin non prevedeſti:
Un granel ti fu fatale,
E la vita allor perdeſti.

No-

Noviſſime diſceptatum de legitimitate Odarii LXII., ut pote in quo videtur ſeipſum auctorem commendare plenis gloriam verbis, ut ait Plautus „ τον Αγχησεοντα μιμου, τον αοιδιμον μελιτταν, ceu ſi novum ſit, Poëtis licere de ſeipſis multa glorioſe, & aliquando etiam thraſonice, ne dicam mendaciter, cantillando plenis buccis, ſeſquipedalibuſq. verbis effutire, uti & inter Græcos Heſiodus, qui jactabundus initio της Θεογονιας, docti norunt, qui eum verſant, quid de ſe dicat v. 21. & ſeqq., interque Latinos de ſe Propertius tota *Elèg.* 1. 2. & 3. lib. 3. Horatius *ode* 30. *lib.* 3. *ad Melpomenem*, Ovidius in fine *Metamorph. peroratione* ſua magnifica &c. Νοθεια, inſuper nonatur Odarium LXVI. ut ſi ſomnians de ſe aliquid dicere homo non poſſet, quum & aliter elegans tabula minicularia elaborata dextera Anacreontis omnino eſſe videatur, ut & Meleſigenes ipſe de ſe *hymno in Apollinem v.* 172. *& ſeqq.*, ut alios taceam, attamen Homerica eſſe carmina, & non aliorum reputantur. Item Odarium LXV. quod Juliano Ægyptio ab aliquibus etiam tribuitur. Extremum tandem Odarium de *mortuo Adone*, quod alii tribuunt noſtro Vati, alii Syracuſio elegantiſſimo Eclogographo, in quod non mirum in tanta temporum diſtantia homines hallucinari. Omnium tandem laudatorum λειψανον Sebaſtiana, verſione decorandam hanc editionem æquum duximus.

Του Ανακρεοντα μιμου
Του αοιδιμου μελιστην.
Anacreontem imitare
Celeberrimum Lyricum.
ex Anthologia.

Anacreon non ſolum dedit hæc μελη ;
ſed etiam in ipſis mella ;

Scaliger.

ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ ΤΗΙΟΥ ΜΕΛΗ.

Συμποσιακα ἡμιϊαμβα

Εις λυραν. ά

Θελω λεγειν Ατρειδας,
Θελω δε Καδμον ᾀδειν·
Ἡ βαρβιτος δε χορδαις
Ερωτα μουνον ηχει.
Ημειψα νευρα πρωην,
Καὶ τὴν λυρην απασαν,
Καγω μεν ᾠδον ἀθλους
Ἡρακλεους· λυρη δε
Ερωτας ανταφωνει.
Χαιροιτε λοιπον ἡμιν,
Ἡρωες· ἡ λυρη γαρ
Μονους ερωτας ᾀδει.

Εις γυναικας. β'.

Φυσις κερατα ταυροις,
Ὁπλας δ' εδωκεν ἱπποις,
Ποδωκιην λαγωοις,
Λεουσι χασμ' οδοντων,
Τοις ιχθυσιν το νηκτον,
Τοις ορνεοις πεταθαι,

Τοις

ANACREONTIS TEII ODÆ.

Convivalia ſemijambica.

In lyram. Ode I.

Volo dicere Atridas,
Volo etiam Cadmum canere;
Barbiton vero fidulis ſuis
Amorem unicum ſonat.
Mutavi nervos pridem,
Lyramque adeo univerſam:
Et ego ſane canebam labores
Herculis: Lyra vero
Amores contra reſonabat.
Valeatis ergo in futurum nobis,
Heroes; hæc Lyra namque
Solos amores canit.

In mulieres. II.

Natura cornua tauris,
Ungulaſque dedit equis,
Pedum pernicitatem leporibus,
Leonibus hiatum dentium,
Piſcibus natatum,
Avibus volare,

Τως ανδρασιν φρονημα,
Γυναιξιν ουκ ετ' ειχεν;
Τι ουν διδωσι; καλλος,
Αντ' ασπιδων απαστεων,
Αντ' εγχεων απαντων·
Νικα δε και σιδηρον,
Και πυρ, καλη τις ουσα.

Εις Ερωτα. γ'.

Μεσονυκτιοις ποθ' ωραις,
Στρεφεται ὁτ' Αρκτος ηδη
Κατα χειρα την Βοωτεω,
Μεροπων δε φυλα παντα
Κεαται κοπω δαμεντα·
Τοτ' Ερως επισταθεις μευ
Θυρεων εκοπτ' οχηας.
Τις, εφην, θυρας αρασσει;
Κατα μευ χρησεις ονειρους;
Ὁ δ' Ερως· Ανοιγε, φησι,
Βρεφος ειμι, μη φοβησαι.
Βρεχομαι δε, νυκτελινον
Κατα νυκτα πεπλανημαι.
Ελεησα ταυτ' ακουσας.
Ανα δ' ευθυ λυχνον ἁψας,
Ανεωξα, και βρεφος μεν
Εσορω, φερουτα τοξον,
Πτερυγας τε και φαρετρην.
Παρα δ' ἱστιην καθιζσας

Viris prudentiam,
Fœminis non amplius habuit, quod daret.
Quid igitur dat eis? *Pulchritudinem*,
Præ clypeis omnibus,
Præque haſtis omnibus:
Quæ vincit etiam ferrum,
Atq. ignem ipſum, *Pulchra ſi qua ſit.*

In Amorem. III.

Nocte aliquando concubia
Vertitur cum jam Urſa
Sub manum Bootæ,
Mortaliumque genus omne
Jacet labore domitum,
Tunc Amor ſuperveniens, mea
Forium pulſabat repagula:
Quis, dixi, fores tundit?
Disrumpere mei vis ſomnia?
Aſt Amor: Aperi, ait,
Puerulus ſum, ne timeas,
Pluvia ſane madeo, & illunem
Per noctem erravi.
Miſertus ſum ut hæc audii,
Statimque accenſo lychno
Aperui, & puellum quidem
Aſpicio geſtantem arcum,
Alaſque, pharetramque.
Ad focum itaque cum ſtiriſſem,

Παλαμαισι χειρας αυτου
Ανεθαλπον, εκ δε χαιτης
Απεθλιβον υγρον υδωρ.
Ὁ δ', επει χρυος μεθηκε,
Φερε, φησι, πειρασωμεν,
Τοδε τοξον, ει π μοι νυν
Βλαβεται βραχεισα νευρη.
Τανυει δε, και με τυπτει
Μεσον ηπαρ, ωσπερ οιστρος,
Ανα δ' αλλεται καχαζων.
Ξενε, δ' ειπε, συγχαρηθι,
Κερας αβλαβες μεν εστι,
Συ δε καρδιην πονησεις.

Εις ἑαυτον. δ'.

Επι μυρσιναις περιναις,
Επι λωτιναις τε ποιαις
Στορεσας θελω προπινειν.
Ὁ δ' Ερως χιτωνα δησας
Υπερ ωμοιν παπυρῳ,
Μεθυ μοι διηκονειτω.
Τροχος αρματος γαρ οια
Βιοτος τρεχει κυλισθεις,
Ολιγη δε χεισομεσθα
Κονις, οστεων λυθεντων,
Τι σε δει λιθον μυριζειν;
Τ' δε γη χεειν ματαια;
μαλλον, ως ετι ζω,

Mu-

Meis *palmis manus eius*
Refovebam, & ex cæsarie
Exprimebam humidam aquam:
Ille autem, ubi frigus se remisit,
Agesis, ait, experiamur
Hunce arcum, nunquid mihi jam
Lædatur madefactus nervus.
Tendit itaque, & me ferit
In *medium jecur, tanquam asilus,*
Exilitque cachinnans,
Et, Hospes, inquit, congratulare,
Cornu quidem meum *illæsum est,*
Tu autem cor dolebis.

De Seipso. IV.

Super myrtis tenellis
Super & lotinis herbis
Stratus volo potare.
Amor itaque tunicam ligans
Super cervice papyro,
Merum mihi administret.
Velut enim rota currus
Vita nostra *currit voluta;*
Exiguusque jacebimus
Pulvis, ossibus solutis,
Quid te opus est lapidem inungere?
Quid & in terram libare supervacua?
Me potius, dum adhuc supersum,

Μυρισον, ῥοδοις δε κρατα
Πυκασον. καλει δ' εταιρην.
Πριν, Ερως, εχει μ' απελθειν
Ὑπο νεοτερων χαρειας,
Σκεδασαι θελω μεριμνας.

Εις ῥοδον. έ.

Το ῥοδον το των Ερωτων
Μιξωμεν Διονυσω.
Το ῥοδον το καλλιφυλλον
Κροτα φοισιν αρμοσαντες,
Πινωμεν αβρα γελωντες.
Ῥόδον, ω φεριστον ανθος,
Ῥόδον, εαρος μελημα.
Ῥόδα και Θεοισι τερπνα.
Ῥόδα παις ὁ της Κυθηρης
Στεφεται καλοις ιουλοις,
Χαριτεσσι συγχορευων.
Στεψον ουν με και λυσιστεφανον.
Παρα σοις, Διονυσε, συκοις.
Μετα κουρης βαθυκολπου
Ῥόδινοισι στεφανισκοις
Πεπυκασμενος χορευσω.

Κωμος. ς.

Στεφανους μεν χροταφοισι
Ῥόδινους συναρμοσαντες

Με-

Unge, roſiſque caput meum
Redimito, & voca huc *amicam.*
Priuſquam, Amor, illuc abiero
Ad Inferorum choreas,
Diſſipare volo curas.

In roſam. V.

Roſam, quæ flos *Amorum,*
Miſceamus Baccho.
Roſam illam pulchrefoliatam
Temporibus aptantes:
Bibamus genialiter ridentes.
Roſa, o præſtantiſſe flos,
Roſa, veris cura,
Roſæ & Diis cara.
Roſis puer ille Veneris
Redimitur pulchros cincinnos
Cum Gratiis ſaltans
Corona igitur me, & lyram pulſabo
Ad tua, Bacche, delubra
Cum puella profundi ſinus.
Roſeis corollis
Redimitus tripudiabo.

Feſtivitas amatoria. VI.

Coronas quidem temporibus
Roſeas ſimul aptantes

Vino

Μεθυομεν ἁβρα γελωντες.
Ὑπο βαρβιτῳ δε κουρη
Κατα κισσοισι βρυοντας
Πλοκαμοις φερουσα θυρσους
Χλιδανοσφυρος χορευει.
Αβροχαιτης δ' αμα κουρος
Στοματων ἡδυ πνεοντων,
Κατα πηκτιδων αθυρει,
Προχεων λιγειαν ομφην.
Ὁ δ' Ερως ὁ χρυσοχαιτης
Μετα του καλου Λυαιου,
Μετα της καλης Κυθηρης,
Τον επηρατον γεραιοις
Κωμον μετεισι χαιρων.

Εις Ἐρωτα. ξ'.

Ταχινθινῳ με ῥαβδῳ
Χαλεπως Ερως βαδιζοντ'
Εκελευσε συντροχαζειν.
Δια δ' οξεων μ' αναυρων,
Ξυλοχων τε και φαραγγων
Τροχαοντα πειρεν Ὑδρος.
Κραδιη δε ῥινος αχρις
Ανεβαινε, καν απεσβην.
Ὁ δ' Ερως μετωπα σειων
Απαλοις πτεροισιν, ειπε,
Συ γαρ ου δυνῃ φιλησαι.

Vino madeamus ſuaviter ridentes
Ad barbiton vero puella
Hederaceis plenos
Cirris ferens thyrſos,
Delicatis-molleolis ſaltat.
Mollique-cæſarie ſimul puer
Ore ſuave ſpiranti
Ad panduram ludit
Fundens elegantem vocem.
Ipſe vero Amor auricomus
Una cum pulchro Lyaeo,
Una cum pulchra Venere
Pergratam ſenibus
Comeſſationem ingreditur lætus.

In Amorem. VII.

Hyacinthina me virga
Difficulter Amor gradientem
Juſſit ſecum una-curſitare:
Ita per rapidos torrentes,
Per fruticeta, & præcipitia
Curſitantem transfixit coluber.
Cor inde mihi nares aduſque
Aſcendit, & tantum non extinctus ſum,
Amor itaque frontem mihi refrigerans
Mollibus cum alis dixit:
Tu etenim non potes amare.

Εις το ἑαυτου ονειρον : ή.

Δια νυκτος εγκαθευδων
Ἁλιπορφυροις ταπησι,
Γερανυμενος Λυαιω,
Εδοκουν ακροισι ταρσοις
Δρομον ωκυν εκτανυειν
Μετα παρθενων αθυρων.
Επεκερτομουν δε παιδες
Απαλωτεροι Λυαιου,
Δακεθυμα μοι λεγοντες,
Δια τας καλας εκεινας.
Εθελοντα δ' αυ φιλησαι
Φυγον. εξ ὑπνου με παντες.
Μεμονωμενος δ' ὁ τλημων
Παλιν ηθελον καθευδειν.

Εις πεζιστεραν. θ'.

Ερασμιη πελεια,
Ποθεν ποθεω πεταται;
Ποθεν μυρων τοσουτων,
Επ' ηερος θεουσα,
Πνεεις τε και ψεκαζεις;
Τις εστι σοι; Μελει δε.
Ανακρεων μ' επεμψε
Προς παιδα, προς Βαθυλλον,
Του αρτι των απαντων
Κρατουντα και τυραννον.

Πε-

In ſomnium ſuum. VIII.

Per noctem indormiens
Marinopurpureis tapetibus
Lætificatus Lyaeo,
Viſus ſum ſummis pedum plantis
Curſum velocem intendere
Cum virginibus luſitans.
Cavillabantur autem Pueri
Teneriores Lyæo,
Scurrilia mihi dicentes
Propter formoſulas illas.
Volentem deinde oſculari,
Fugerunt e ſomno me omnes
Solus itaque relictus ego *miſellus*
Rurſus appetii dormire.

Ad Columbam. IX.

O amabilis columba
Undenam, undenam volas?
Unde eſt, quod unguentorum tantorum
Per aërem feſtinans
Redoleſque, depluiſque?
Quis tibi herus *eſt? Curæ id* mihi ſcire.
Anacreon me miſit
Ad amaſium, ad Bathyllum
Dudum jam omnium
Dominum, & Imperatorem.

Va-

Πετραχε μ' ἡ Κυθηρη
Λαβουσα μικρου ὑμνου.
Εγω δ' Ανακρεοντι
Διηκονω τοσαυτα.
Και νυν ὁιας εκεινου
Επιστολας κομιζω.
Και φησιν ευθεως με
Ελευθερην ποιησειν.
Εγω δε, κην αρῃ με,
Δουλη μενω παρ' αυτῳ.
Τι γαρ με δει πετασθαι
Ορη τε, και κατ' αγρους,
Και δενδρεσιν καθιζειν,
Φαγουσαν αγριον τι;
Ταυυν εδω μεν αρτου
Αφαρπασασα χειρων
Ανακρεοντος αυτου.
Πιειν δε μοι δωσει
Τον οινον, ὁν προπινει.
Πιουσα δ' αω χορευσω,
Και δεσποτην εμοισι
Πτεροισι συγκαλυψω,
Κοιμωμενη δ' επ' αυτῳ
Τῳ βαρβιτῳ καθευδω.
Εχεις απαντα, απελθε·
Λαλιστεραν μ' εθηκας,
Ανθρωπε, και Κορωνης.

Εις

Vendidit me illi Venus
Acceptans brevem hymnum.
Ego exinde Anacreonti
Inſervio ad hæc
Et nunc qualeſcunque illius
Epiſtolas defero:
Et is ait, propediem me
Liberam ſe facturum.
Ego vero, etiamſi dimiſerit me,
Serva nihilominus manebo apud eum:
Quid enim mihi opus eſt volare
Per *montes & per agros*
Et arboribus inſidere,
Edenti neſcio quid ruſticum?
Nunc comedo quidem panem
Subripiens manibus
Anacreontis ipſiuſmet:
Bibendumque mihi præbet
Vinum, quod præbibit.
Bibenſque utique ſaltabo,
Et herum meis
Alis contegam;
Conſopita autem ſuper ipſo
Barbito dormio.
Habes omnia, habeas:
Loquaciorem me reddidiſti,
O homo, vel ipſa cornice.

Εις Ερωτα χηρινον. ί.

Ερωτα χηρινον τις
Νεηνιης επωλει.
Εγω δε οι παραστας,
Ποσου θελεις, εφην, σοι
Το πευχθεν εκπριωμαι;
Ὁ δ' ειπε δωριαζων,
Λαβ' αυτον ὁπποσου λης.
Ὁμως δ' ἰὼ εκμαθης παν,
Ουκ ειμι χηροπεχνας,
Αλλ' ου θελω συνοικειν
Ερωτι πωπορεκτα.
Δος ουν, δος αυτον ἡμιν
Δραχμης, καλον συνευνον.
Ερως, συ δ' ευθεως με
Πυρωσον· ει δε μη, συ
Κατα φλογος ταχηση.

Εις ἑαυτον. ιά.

Λεγουσιν αι γυναικες,
Αναχρεων, γερων ει,
Λαβων εσοπτρον αθρει
Κομας μεν ουκετ' ουσας,
Ψιλον δε σευ μετωπον.
Εγω δε τας κομας μεν,
Ειτ' εισιν, ειτ' απηλθον
Ουκ οιδα· τουτο δ' οιδα,

In cereum Cupidinem. X.

Cupidinem cereum quidem
Adoleſcens venundedit;
Ego vero illi adſtans:
Quanti vis, dixi, a te
Imagunculam hanc *emam?*
At ille, ait, dorice loquens:
Cape illum quanti vis.
Verumtamen ut rem totam addiſcas,
Non ſum cerarius,
Sed nolo una habitare
Cum Cupidine omnia adpetenti.
Da igitur, ajo, da illum nobis
Pro *drachma, lepidum contubernalem.*
Cupido, tu vero propediem me
Incendas; ſin vero tu ipſe
In flamma colliqueſies.

De ſeipſo. XI.

Dicunt mihi *fœminæ,*
Anacreon, ſenex es:
Sumens ſpeculum contemplare
Comas quidem non amplius exiſtentes,
Glabramque tui frontem.
Ego ſane, quod ad comas attinet,
Utrum ſint, an abierint,
Haud novi: hoc autem ſcio,

Ὡς τῳ γεροντι μαλλον
Πρεπει το τερπνα παιζειν,
Ὁστῳ πελας τα Μοιρης.

Εἰς χελιδονα. ιβ'.

Τι σοι θελεις ποιησω,
Τι κωτιλη χελιδων;
Τα ταρσα σευ τα κουφα
Θελεις, λαβων ψαλιξω;
Η μαλλον ενδοθεν σευ
Την γλωσσαν, ὡς ὁ Τηρευς
Εκεινος, εκθερειξω;
Τι μευ καλων ονειρων,
Ὑπορθριαισι φωναις
Αφηρπασας Βαθυλλον;

Εις Αττιν. ιγ'.

Οἱ μεν, καλην Κυβηβην
Τον ἡμιθηλυν Αττιν
Εν ουρεσιν βοωντα,
Λεγουσιν εκμανηναι.
Οἱ δε, Κλαρου παρ' οχθαις
Δαφνηφοροιο Φοιβου
Λαλον πιοντες ὑδωρ,
Μεμηνοτες βοωσιν.
Εγω δε, του Λυαιου
Και του μυρου χορευθεις

Κμ

Quod ſeni tanto *magis*
Convenit jucunde ludere,
Quanto propior ei *Mors* ſit.

In hirundinem. XII.

Quid tibi vis, faciam,
Quid, garrula hirundo?
Alas-ne tui leves illas,
Vis, ut prehendens forfice reſecem?
An potius interiorem tui
Illam linguam, uti Tereus
Ille, prorſus demetam?
Quid ex *meis gratis ſomniis*
Matutinis tuis *modulis*
Abripuiſti Bathyllum?

In Attin. XIII.

Hi quidem, almam Cybelem
Semimarem Attin
In montibus clamantem
Dicunt in furorem actum.
Illi vero, Clari ad ripas
Laurigeri Phœbi,
Fatidicam bibentes aquam
Furore perculſi clamant.
Aſt ego, Lyaeo
Et unguento ſaturatus,

Και της εμης εταιρης,
Θελω, θελω μανηναι.

Εις Ερωτα. ιδ'.

Θελω, θελω φιλησαι.
Επειθ' Ερως φιλειν με,
Εγω δ' εχων νοημα
Αβουλον, ουκ επεισθην.
Ὁ δ' ευθυ τοξον αρας,
Και χρυσεην φαρετρην
Μαχῃ με προυκαλειτο.
Καγω λαβων επ' ωμων
Θωρηχ', ὁπως Αχιλλευς,
Και δουρα, και βοειην
Εμαρναμην Ερωτι.
Εβαλλ'. Εγω δ' εφευγον.
Ὡς δ' ουκ ετ' ειχ' οιστους,
Ηχαλλεν, ειθ' εαυτον
Αφηκεν εις βελεμνον.
Μεσος δε καρδιης μευ
Εδυνε και μ' ελυσε.
Ματην δ' εχω βοειην.
Τι γαρ βαλωμεθ' εξω,
Μαχης εσω μ' εχουσης;

Εις το αφθονως ζην. ιε.

Ου μοι μελει Γυγαο
Του Σαρδεων ανακτος.

Ουθ'

Et meâ quoque amicâ,
Volo, volo, inquam, *furere.*

In Cupidinem. XIV.

Volo, volo nunc tandem *amare:*
Suasit Cupido amare me;
Ego vero habens animum
Improvidum, minime persuasus sum.
Tunc ille protinus arcum tollens,
Atque auream pharetram,
Pugnâ me provocabat:
Et ego sumens in humeris
Thoracem, veluti alter *Achilles,*
Hastasque, & scutum,
Pugnabam cum Cupidine.
Jaculabat ille, *ego vos fugiebam.*
Ut autem non amplius habuit tela,
Succensuit, deinde seipsum
Projecit in modum teli:
Mediusque cordis mei sinum
Penetravit, & me solvit.
Frustra itaque habeo scutum.
Quid enim muniamur extra,
Bello intus me exercente?

Quod libere sit vivendum. XV.

Non mihi curæ sunt opes *Gygis,*
Illius Sardium Regis

Ουθ' αιρει με χρυσος,
Ουδε φθονω τυραννοις
Εμοι μελει μυροισι
Καταβρεχειν υπηνην
Εμοι μελει ῥοδοισι
Χαταστεφειν καρηνα.
Το σημερον μελει μοι.
Το δ' αυριον τις οιδεν;
Ἑως ουν ετ' ευδι, ἐστι,
Και πινε, και κυβευε,
Και σπενδε τῳ Λυαιῳ.
Μη νουσος, ην τις ελθῃ,
Λεγῃ, Σε μη δει πινειν.

Εις ἑαυτον. ις'.

Συ μεν λεγεις τα Θηβης,
Ὁ δ' αυ Φρυγων αὐτας,
Εγω δ' εμας αλωσεις.
Ουχ ἱππος ωλεσεν μέ,
Ου πεζος, ουτε νηες·
Στρατος δε χαινος ἀλλος,
Απ' ομματων βαλων με.

Εις ποτηριον αργυρουν. ιζ'.

Τον αργυρον τορευσας,
Ηφαιστε, μοι ποιησον,
Παυοπλιαν μεν ουχι

Τι

Neque expugnat me aurum,
Nec invideo Tyrannis.
Mihi cordi eſt, unguentis
Perfundere barbam;
Mea intereſt roſis
Coronare verticem.
Quod hodie eſt, *mea tantum refert,*
Quod cras erit, *quis novit?*
Donec igitur adhuc ſereni ſunt dies,
Et bibe, & aleis lude,
Et libato Lyaeo,
Ne morbus, ſi quis venerit,
Jubeat, te non amplius bibere.

De ſeipſo. XVI.

Tu quidem pangis Thebaica,
Ille autem Phrygum pugnas,
Ego vero meas expugnationes.
Non equitatus perdidit me,
Non pedes, neque naves,
At exercitus inuſitatus alius generis,
Ab ocellis puellæ *ferieus me.*

In poculum argenteum. XVII.

Argentum illud cum cælaveris,
Vulcane, mihi fac
Armaturam omnem quidem nullo modo.

Quid

Τι γαρ μαχαισι χαμοι ;
Ποτηριον δε κοιλον
Ὁσον δυνῃ , βαθυννον
Ποιει δε μοι κατ' αυτο,
Μητ' αστρα, μηθ' ἁμαξας
Μη στυγνον Ωριωνα.
Τι Πλειαδεσσι χαμοι ;
Τι δ' αστρασιν Βοωτεω;
Ποιησον αμπελους μοι,
Και βοτρυας κατ' αυτο,
Και χρυσεους πατουντας,
Ὁμου καλῳ Λυαιῳ,
Ερωτα, και Βαθυλλον.

Εις το αυτο. ιή.

Καλλιτεχνα, μοι τορευσον
Ειαρος κυπελλον ἡδυ.
Τα πρωτα τερπνον ἡμιν
Ῥ'οδον φερουσαν ὡρην.
Το αργυρον δ' ἁπλωσας
Τερπνον ποτον ποιει μοι.
Των τελετων παραινω
Μη μοι ξενον τορευσῃς,
Μη φευκτον ἱστορημα.
Μαλλον ποιει Διος γονον
Βακχον Ευϊον ἡμιν.
Μυστην ναματος, η Κυπριν
Ὑμεναιοις κροτουσαν.

Ὑμε-

Quid enim mihi cum pugnis?
Poculum vero cavum
Quantum potes, profundumque.
Et fac mihi ſuper illud,
Neque aſtra, neque Plauſtra-cœleſtia,
Neque inviſum Orionem:
Quid mihi cum Pleiadibus?
Quid item *cum aſtris Bootæ?*
Facito vites mihi,
Et racemos ſuper illud,
Atque aureos calcantes
Unà cum pulchro Lyæo,
Cupidinem, atque Bathyllum.

In idem. XVIII.

O *artifex, mihi cælato*
Veris poculum ſuave;
Imprimis dulcem nobis
Roſam ferens Tempus:
Et argento expanſo
Jucundum poculum ibi *facito mihi.*
Ceremoniarum hortor,
Ne mihi exoticum quid *cæles,*
Nec execrandum argumentum,
Potius fac Jovis prolem,
Bacchum Evium nobis
Datorem liquoris, aut Venerem
Cum Hymenæis plaudentem,

Nup-

Υμεναιων κρατουσαν.
Χαρασσ' Ερωτ' ανοπλον,
Και χαριτας γελωσας
Υπ' αμπελον ευπεταλον,
Ευβοτρυον, κομωσαν.
Συναπτε χουρους ευπρεπεις,
Αν μη Φοιβος αθυρη.

Εις το δειν πινειν. ιθ'.

Η γη μελαινα πινει,
Πινει δε δενδρε' αυτην,
Πινει θαλασσα δ' αυρας,
Ο δ' Ηλιος θαλασσαν,
Του δ' Ηλιου Σεληνη.
Τι μοι μαχεσθ', εταιροι,
Καυτω θελοντι πινειν;

Ερωτικον ωδαριον εις Κορην. κ'.

Η Ταυταλου ποτ' εστη
Λιθος Φρυγων εν οχθαις.
Και παις ποτ' ορνις επτη
Παυδιονος χελιδων.
Εγω δ' εσοπτρον ειην,
Οπως αει βλεπης με.
Εγω χιτων γενοιμην
Οπως αει φορης με.
Υδωρ θελω γενεσθαι,

Οπως

Nuptiarum dominatricem;
Sculpe Cupidinem inermem
Et Gratias ridentes
Sub vite luxurianti,
Racemoſa, comanti;
Conjunge pueros decentes:
Modo ne Phœbus & ipſe luſitarit.

Quod oporteat bibere. XIX.

Terra hæc nigra bibit,
Bibuntque arbores ipſam:
Bibit & æquor auras,
Et Sol ipſum *æquor,*
Solemque Luna.
Quid mihi contenditis, amici,
Et ipſi volenti bibere?

Amatoria ode ad Puellam. XX.

Filia Tantali olim ſtetit
Lapis Phrygum in clivis.
Et filia olim ut avis volavit
Pandionis hirundo.
Aſt ego ſpeculum ſiem,
Ut ſemper inſpectes me;
Ego vel tunica fiam,
Ut ſemper geſtes me.
Aqua volo fieri,

Ut

Ὅπως σε χρωτα λουσω :
Μυρον, γυναι, γενοιμην,
Ὅπως εγω σ' αλειφω,
Και ταινιη δε μαστων,
Και μαργαρου τραχηλῳ,
Και σανδαλον γενοιμην,
Μουον, ποσιν πατειν με.

Εις ἑαυτον. κά.

Δοτε μοι, δοτ', ω γυναικες,
Βρομιου πιειν αμυστι.
Ὑπο καυματος γαρ ηδη
Προποθεις αναστεναζω.
Δοτε δ' ανθεων εκεινων
Στεφανους δ' ὁιους πυκαζω;
Τα μετωπα μου πικαιει.
Το δε καυμα των Ερωτων
Κραδιη. τινι σκεπασσω;

Εις Βαθυλλον. κβ'.

Παρα την σκιην, Βαθυλλε,
Καθισον· καλον το δενδρον,
Απαλας σειει δε καιτας
Μαλακωτατῳ κλαδισκῳ;
Παρα δ' αυτῳγ' ερετιζει
Πηγη ῥεουσα Πειθους.
Τις αν θυν θρων παρελθοι

Κα-

Ut tibi cutem lavem.
Unguentum, o Fœmina, fiam,
Ut ego te ungam.
Et ſtrophium quoque mamillarum,
Et unico collo tuo,
Et ſandalium fieri velim,
Tantum, ut pedibus me conculces:

De ſeipſo. XXI.

Date mihi, date, o mulieres,
De Baccho, ut bibam pleno-hauſtu.
Ab aeſtu etenim dudum
Prius-epotus (ſc. exiccatus) graviter-ſuſpiro,
Date & de floribus illis:
Nam corollas, quas gero,
Frons mea exurit.
At aeſtum hunc Amorum;
O corculum, quâ re inumbrem?

Ad Bathyllum. XXII.

Ad umbram, Bathylle,
Sede: decora hæc eſt arbor,
Teneraſque quaſſat comas
Molliſſimo ramulo;
Juxtaq. illam murmure blanditur
Fonticulus fluens Suadæ.
Quis igitur ſciens præterierit

Di-

Καταγωγιον τοιουτον;

Εις χρυσον. κγ'.

Ὁ πλουτος ειγε χρυσου
Το ζην παρηγε θνητοις,
Εκαρτερουν φυλαττων
Ἱν' αν Θανειν επελθη,
Λαβη τι, και παρελθη
Ει δ' ουδε το πριασθαι
Το ζην ενεστι θνητοις,
Τι και ματην στεναζω;
Τι και γοους προπεμπω;
Θανειν γαρ ει πεπρωται,
Τι χρυσος ωφελει με;
Εμοι γενοιτο πινειν·
Πιουτι δ' οινον ἡδυν,
Εμοις φιλοις συνειναι:
Εν δ' απαλαισι κοιταις
Τελειν την Αφροδιτην.

Εις ἑαυτον, κδ'.

Επειδη βροτος γ' επεχθην·
Βιοτου τριβον ὁδευειν,
Χρονον, ὁς παρηλθεν, εγνων·
Ὁν εχω δραμειν, τις οιδε;
Μεθες ουν με, Φρουτι δεινη,
Ουδεν ἐστι σοι πε πραμενι

Πριν

Diverticulum ejuſmodi?

In aurum. XXIII.

Copia ſi quidem auri
Vitam produceret mortalibus
Induſtria uterer accumulans, *& cuſtodiens*
Ut quando mors ſuperveniret,
Acciperet aliquid, & abiret alio:
Sin autem neque redimere
Vitam licet mortalibus,
Quid & fruſtra gemo?
Quid & lamenta præmitto?
Mori enim ſi decretum eſt
Quid aurum mihi prodeſt?
Mihi contingat bibere,
Dumque biberim vinum dulce,
Cum meis amicis converſari,
Inque mollibus cubilibus
Fovere Amaſiam.

De ſeipſo. XXIV.

En quo mortalis natus ſum,
Ut vitæ per ſemitam iter faciam,
Tempus, quod præteriit, novi.
Quod habeo decurrendum, quis novit?
Mitte igitur me, Cura gravis:
Nihil eſt mihi tecum

Priuſ.

Πριν εμε φθασῃ τελευτην,
Παιξω, γελασω, χορευσω,
Μετα του καλου Λυαιου.
(Μετα της καλης Κυθηρης.)

Εις ἑαυτον. ηέ.

Ὁταν πινω του οινου,
Ευδουσιν ἁι μεριμναι.
Τι μοι γοων, τι μοχθων,
Τι μοι μελει μεριμνων;
Θανοιμοι καν μελησας.
Τι δε τον βιον πλανωμαι;
Πινωμεν ουν του οινου
Του του καλου Λυαιου·
Συν τω πινειν γαρ ἡμας
Ευδουσιν ἁι μεριμναι.

Εις ἑαυτον. κς.

Ὁτ' εις με Βαχχος ελθῃ,
Ευδουσιν ἁι μεριμναι.
Δοκων δ' εχειν τα Κροισου,
Θελω καλως αειδειν
Κισσοστεφης δε κειμαι,
Πατω δ' απαντα θυμῳ
Ὁπλιζ', εγω δε πινω . . .
Φερε μοι κυπελλον, ω παι,
Μεθυοντα γαρ με κεισθαι

Πρ.

Priuſquam me prævenerit mori,
Ludam, videbo, ſaltabo
Una cum formoſo Lyæo,
Una cum pulchra Venere.

In ſeipſum. XXV.

Quando biberim vinum
Sopiuntur curæ.
Quid mihi luctus, quid labores,
Quid mihi curæ ſunt ſollicitudines?
Mortuus fuerim vel quantumvis ſollicitus.
Quid itaque vitam decipio, devioque?
Bibamus ergo vinum,
Donum *illud formoſi Lyæi;*
Eodem enim momento, quo bibimus,
Sopiuntur curæ noſtræ.

In ſeipſum. XXVI.

Quando in me Bacchus penetraverit,
Sopiuntur curæ,
Et fingens me habere opes Cræſi
Volo ſuaviter cantillare,
Coronatuſque hederâ diſcumbo,
Et conculco univerſa animo.
Miniſterio accinge: ego etenim bibo.
Præbe mihi poculum, o puer:
Ebrium enim me jacere

Πολυ χρειστον, η θανοντα.

Εις Διονυσον. κζ'.

Του Διος ὁ παις, ὁ Βαχχος,
Ὁ λυσιφρων, Λυαιος,
Ὁταν φρενας γ' ες ἁμας
Εσελθῃ μεθυδοτης,
Διδασκει με χορευειν.
Εχω δε και τι τερπνον
Ὁ της μεθης εραστης.
Μετα κροτων, μετ' ωδης,
Τερπει με Καφροδιτη:
Και παλιν θελω χορευειν.

Προς τον ζωγραφον περι της ἑαυτου ερωμενης. κή.

Αγε, ζωγραφων αριστε,
Γραφε, ζωγραφων αριστε
Ῥοδης κοιρανε τεχνης,
Απεουσαν, ὡς αν ειπω,
Γραφε την εμην ἑταιρην,
Γραφε μοι τριχας τοπρωτον.
Απαλας τε και μελαινας
Ὁ δε κηρος αν δυνηται,
Γραφε και μυρου πνεουσας
Γραφε δ' εξ ὁλης παρειης
Ὑπο πορφυραισι χαιταις

Ελε-

Multo ſatius, quam mortuum.

In Dionyſum. XXVII.

Jovis puer ille Bacchus,
Animorum ille laxator, Lyæus,
Quando in præcordia mea
Intrarit vini dator,
Docet me ſaltare.
Potiorque aliquid delicatulum
Ille ego ebrietatis amator
Una cum crepitaculis, & cantilena
Delectat me etiam Venus:
Iterumque volo ſaltare.

Ad pictorem de amica ſua. XXVIII.

Age, Pictorum optime,
Pinge, Pictorum præſtantiſſime,
Rhodiæ magiſter artis,
Abſentem licet, *ut tamen dixero,*
Pinge meam amicam.
Pinge itaque mihi comas imprimis
Molliculaſque & nigricantes:
Quod ſi cera & id aſſequi poſſit,
Pinge etiam illas unguentum ſpirantes.
Pinge quoque ex plena aliqua *gena*
Sub flavis capillis

Ελεφαντινὸν μετώπον·
Το μεσοφρυον, δη μη μοι
Διακοπτε, μητέ μισγε·
Εχετο δ', ὁπως εκεινη,
Το λεληθοτως συνοφρυὸ
Βλεφαρων δ' ιτυν κελαινην·
Το δε βλεμμα νυν αληθως
Απο του πυρος ποιησον,
Αμα γλαυκον, ὡς Αθηνης,
Αμα δ' ὑγρον, ὡς Κυθηρης·
Γραφε ῥινα καὶ παρειας
Ῥοδα τῳ γαλακτι μιξας.
Γραφε χειλος, οἱα Πειθους,
Προκαλυμμενου Φιλημα.
Τρυφερου δ' εσω γενειου
Περι Λυγδινῳ τραχηλῳ
Χαριτες πετοιντο πασαι·
Στολιστὸν τολοιπου αυτην
Ὑποπορφυροισι πεπλοις,
Διαφαινετω δε σαρκων
Ὀλιγον, το σωμ' ελεγχον·
Απεχει. Βλεπω γαρ αυτην.
Ταχα, κηρε, καὶ λαλησεις·

Ἐτι προς τὸν ζωγραφὸν, περι τε ερω
ἑαυτου τε Βαθυλλου. κθ'.

Γραφε μοι Βαθυλλον ὡυτω
Τον ἑταιρον, ὡς διδασκω·

Λι.

Eburneam frontem.
Intercilium vero ne tu mihi
Diſcindas, neque plane miſceas.
Habeat autem pictura, *ſicut & illa,*
Haud diſcernibiliter coëuntia cilia,
Et palpebrarum coitionem nigram;
Aſpectum deinde oculorum *nunc* ut *revera*
Ex igne facito, (habet
Simul nempe cæſium, ut Minervæ,
Simul lubricum, & patum, ut Veneris.
Pinge naſum, atque genas,
Roſas lacte commiſcens:
Pinge labium, veluti Suadæ,
Provocans ſuaviolum.
Delicatulumque infra mentum,
Circum Lygdinum, & candens *collum*
Gratiæ volitent univerſæ.
Veſtito, quod reſtat, illam
Subpurpurascentibus indumentis;
Transluceatque carnium
Aliquota pars, reliquum corpus, quale
(*ſit, oſtendens:*
Satis eſt. Video enim jam illam *ipſam*
Fortaſſe, o cera, & loqueris ſtatim.

Adhuc ad Pictorem de amaſio ejus Bathyllo. XXIX.

Pinge mihi Bathyllum ita
Amicum illum meum, ut doceo;

Λιπαρας κομας ποιησον·
Τα μεν ωδοθεν, μελαινας,
Τα δ' ες ακρον, ηλιωσας.
Ἑλικας δ' ελευθερους μοι
Πλοκαμων, ατακτα συνθεις,
Αφες, ως θελουσι, κεισθαι.
Ἀπαλον δε και δροσωδες
Στεφετω μετωπον, οφρυς
Κυανωτερη δρακοντων.
Μελαν ομμα γοργον εστω,
Κεκερασμενον γαληνῃ,
Το μεν εξ Αρηος ελκον,
Το δε της καλης Κυθηρης.
Ἱνα τις το μεν φοβηται,
Το δ' απ' ελπιδος χρεμαται,
Ῥοδινην δ', οποια μηλον
Χνοϊην ποιει παρειην.
Ερυθημα δ', ως αν Αιδους
Δωασαι βαλειν, ποιησον.
Το δε χειλος ουκετ' οιδα
Τινι μοι τροπῳ ποιησεις.
Ἀπαλον, γεμον τε Πειθους.
Το δε παν ο χηρος αυτος
Εχετω λαλων σιωπῃ.
Μετα δε προσωπον εστω,
Του Αδωνιδος παρελθων
Ελεφαντινος τραχηλος.
Μεταμαζιον δε ποιει,
Διδυμας τε χειρας Ἑρμεω,

Πο-

Nitidas comas facito,
Interius quidem nigricantes,
Exterius autem rutilantes:
Cirrosque liberos mihi
Cincinnorum incomposite componens
Permitte suo arbitrio jacere.
Teneram inde, & roscidam
Arcuet frontem, supercilium
Magis-cæruleum draconum oculis.
Nigricans oculus acer esto,
Mixtus tamen tranquillitate
Illud nempe a Marte trahens,
At hoc a formosa Venere.
Ut aliquis partim quidem metuat,
Partim ex spe pendeat.
Roseam quoque, veluti pomum,
Lanuginosam facito genam.
Et ruborem, quantum Verecundiæ
Potes adjicere, facias.
Labium equidem nondum scio,
Qua mihi ratione facies,
Mollicellum, plenumque Suadâ.
Per totum denique vultum *cera ipsa*
Se *habeat* tamquam *loquens silenter.*
Et post vultum esto
Quod etiam illud Adonidis superet,
Eburneum collum.
Thoracem deinde facito
Geminasque manus Mercurii,

Πολυδευκεος τε μηρους,
Διονυσιην τε νηδυν.
Απαλων δ' υπερθε μηρων,
Μηρων το πυρ εχοντων,
Αφελη ποιησον αιδω,
Παφιην θελουσαν ηδη.
Φθονερην εχεις δε τεχνην,
Οτι μη τα νωτα δειξαι
Δυναται· τα δ' ην αμεινω.
Τι με δει ποδας διδασκειν;
Δαβε μισθον, οσσον ειπης.
Τον Απολλωνα δε τουτον
Καθελων, ποιει Βαθυλλον.
Ην δ' ες Σαμον ποτ' ελθης
Γραφε Φοιβον εκ Βαθυλλου.

Εις Ερωτα. λ'.

Αι Μουσαι τον Ερωτα
Δησασαι στεφανοισι
Τω Καλλει παρεδωκαν.
Και νυν η Κυθερεια
Ζητει λυτρα φερουσα
Λυσασθαι τον Ερωτα.
Καν λυση δε τις αυτον,
Ουκ εξεισι, μενει δε,
Δουλευειν δεδιδαχται.

Pollucisque femora,
Bacchicumque ventrem.
Tenera inde super femora
Femora illa incentivum, quid habentia
Innocens fucito pudendum,
Venerem appetens primulum.
Invidam autem nactus es artem;
Quod non etiam terga ostendere
Valeas: Hæc essent utique meliora.
Quid me opus est, pedes describere?
Accipe mercedem quantum flagites:
Apollinem autem hunece
Detrahens, illius vice *fac Bathyllum;*
Sin ad Samum unquam veneris,
Pinge Phœbum ex Bathyllo.

In Cupidinem. XXX.

Musæ Cupidinem aliquando,
Quum vincirent corollis,
Pulchritudini tradiderunt:
Et nunc Venus
Quærit, redemptionis-pretium ferens,
Liberare Cupidinem.
Verum etiamsi aliquis liberet eum,
Non egreditur, sed manebit:
Servire nempe didicit.

Εις ἑαυτον. λά.

Αφες με, τους Θεους σοι,
Πιειν, πιειν αμυστι.
Θελω, θελω μαινηναι.
Εμαινετ' Αλκμαιων τε,
Χω λευκοπους Ορεστης,
Τας μητερας κτανοντες.
Εγω δε μεδενα κτας,
Πιων δ' ερυθρων οινον,
Θελω, θελω μαινηναι.
Εμαινεθ' Ηρακλης πριν,
Δεινην χλοωων φαρετρην,
Και τοξον Ιφιτειον.
Εμαινετο πριν Αιας,
Μετ' ασπιδος κραδαινων
Την Εκτορος μαχαιραν.
Εγω δ' εχων κυπελλον,
Και στεμμα τουτο χαιταις,
Ου τοξον, ου μαχαιραν,
Θελω, θελω μαινηναι.

Εις τους ἑαυτου ερωτας. λβ'.

Ει φυλλα παντα δενδρων
Επισταται κατειπειν,
Ει κυματωδες ευρειν
Το της ὁλης θαλασσης,
Σε των εμων ερωτων

Μο-

In ſeipſum. XXXI.

Sine me, *Deos* interpono *tibi*,
Bibere, *bibere plenis poculis*:
Volo enim, *volo inſanire*.
Inſaniebat Alcmæonque,
Et candidis-cothurnis Oreſtes,
Quum matres ſuas occidiſſent;
Ego vero, *nemine occiſo*,
Epoto tantum rubro vino,
Volo, *volo*, inquam, *inſanire*.
Inſaniebat Hercules olim,
Gravem concutiens pharetram,
Atque arcum Iphiteum.
Inſaniebat olim Aiax
Una cum clypeo vibrans
Illum Hectoris enſem.
Aſt ego tenens poculum,
Et coronam hanc capillis,
Non arcum, *non enſem*,
Volo, *volo inſanire*.

De ſuis amoribus. XXXII.

Si folia omnia arborum
Noviſti recenſere,
Si fluctuum-numerum reperire
Totius maris
Tum *te meorum amorum*

Uni-

Μονον ποιω λογιστην.
Πρωτον μεν εξ Αθηνων
Ερωτας εικοσιν θες,
Και πεντεκαιδεκ' αλλους.
Επειτα δ' εκ Κορινθου
Θες ὁρμαθους ερωτων.
Αχαιΐης γαρ εστιν
Ὁπου καλαι γυναικες.
Τιθει δε Λεσβιους μοι,
Και μεχει των Ιωνων,
Και Καριης, Ρ'ὁδου τε ἡ
Δισχιλιους ερωτας
Τι φης; Αει κ' ερωτες
Ουπω Συρους ελεξα,
Ουπω ποθους Καυνιβου,
Ου της ἁπαντ' εχουσης
Κρητης, ὁπου πολεσσιν
Ερως επεργιαζει.
Τι σοι θελεις αριθμειν
Τους ἐκτος αυ Γαδειρων,
Των Βακτριων τε κ' Ινδων
Ψυχης εμης ερωτας;

Εις χελιδονα. λγ'.

Συ μεν, φιλη χελιδων,
Ετησιη μολουσα,
Θερει πλεκεις καλιην,
Χειμωνι δ' εις αφαντος,

Unicum facio calculatorem:
Primum quidem ex Athenis
Amores viginti pone,
Et quindecim præterea *alios,*
Deinde ex Corintho
Pone integras catenas Amorum
Achaiæ etenim eſt Metropolis
Ubi formoſæ mulieres.
Pone item Lesbios mihi,
Et uſque ad Jonas,
Et Cariam, Rhodumque
Biſmille amores.
Quid ais? Semperne amores?
Nondum Syros dixi,
Nondum amores Canopi;
Non, omnia in ſe habentis,
Cretæ, ubi per centrum *urbes*
Amor ſua myſteria celebrat.
Quid? an vis me tibi numerare
Eos, qui ſunt extra Gades,
Bactrioſque, & Indos
Animæ meæ amores?

Ad Hirundinem. XXXIII.

Tu quidem, cara birundo,
Quotannis huc *profecta*
Æſtate conſtruis nidum,
Hiemeque abis evanida

Vel

Η Νειλου, ἡ 'πι Μεμφιν.
Ερως δ' αει πλεκει μευ
Εν καρδιη καλιην.
Ποθος δ' ὁ μεν πτερουται,
Ὁ δ' ωον εστιν ἀχμην,
Ὁ δ' ἡμιλεπτος ηδη.
Βοη δε γινετ' αιει
Κεχηνατων νεοττων
Ερωτιδεις δε μικρους
Ὁι μειζονες τρεφουσιν.
Ὁι δε τραφεντες ευθυς,
Παλιν χυουσιν αλλους.
Τι μηχος ουν γενηται; C
Ου γαρ σθενω τοσουτους
Ερωτας εκβοησαι.

Εις κορην. λδ'.

Μη με φυγῃς, 'ορωσα
Την πολιαν εθειραν.
Μηδ', 'οτι σοι παρεστιν
Ανθος ακμαιον 'ωρης,
Ταμα φιλτρα διωξῃς.
Ὁρα καν στεφανοισιν
Ὁπως πρεπει τα λευκα
Ῥοδοις κρινα πλακεντα.

Εις

Vel ad Nilum, vel ad Memphim:
Aſt amor ſemper ſtruit meo
In pectore nidum:
Et amorculus quidem hic volitat,
Hic autem ovum adhuc eſt,
Alter jam ſemiexcluſus;
Clamorque fit ſemper
Pipientium Amorum,
Amorculos vero parvulos
Majores educant:
Hi deinde ſimul atque alti-ſunt,
Rurſus pariunt alios.
Quodnam ergo remedium fiat?
Non enim valeo quidem *tantos*
Amores effari.

Ad Puellam. XXXIV.

Ne me fugias, videns
Canam hanc cæſariem;
Neque ideo, quod tibi adſit
Flos integer juventæ
Meam amicitiam rejicias.
Vide etiam in coronis
Quomodo emineant candida
Roſis lilia intexta.

Εις την Ευρωπην. λέ.

Ὁ ταυρος ὁυτος, ω παι,
Ζευς μοι δοκει τις ειναι·
Φερει γαρ αμφι νωτοις
Σιδωνιην γυναικα,
Περα δε ποντου ευρυν
Τεμνει δι κυμα χηλαις.
Ουκ αν δε ταυρος αλλος
Εξ αγελης ελασθεις
Επλευσε την θαλασσαν
Ει μη μονος γ' εκεινος.

Εις το ωνειμενως ζην. λϛ.

Τι με τους νομους διδασκεις,
Και ῥητορων αναγκας;
Τι δε μοι λογων τοσουτων
Των μηδεν ωφελουντων;
Μαλλον διδασκε πινειν
Απαλον παμα Λυαιου.
Μαλλον διδασκε παιζειν
Μετα χρυσεης Αφροδιτης.
Πολιαι καραι στεφουσι·
Δος ὑδωρ, βαλ' οινον, ω παι,
Ψυχην δ' εμοι καρωσον.
Βραχυ μη ζωντα καλυπτεις
Ὁ θανων ουκ επιθυμει.

De Europa. XXXV.

Hic taurus, o Puer,
Jupiter mihi videtur aliquis esse,
Gerit enim in tergo
Sidoniam fœminam,
Trajicitque pontum latum,
Et dividit undam ungulis,
At vero haud facile taurus alius
Ex armento abactus
Navigârit æquor,
Nisi unus utique ille.

Quod libere sit vivendum. XXXVI.

Quid me jura doces,
Et oratorum argumenta?
Quid mihi emolumenti *ex tot disputationibus*
Nihil omnino profuturis?
Potius doceas me bibere
Mitem potum Lyæi:
Potius doceas me *lusitare*
Cum aurea Venere.
Cani caput coronant.
Da mihi *aquam: infunde vinum, o Puer.*
Animamque mihi sopias;
Brevi nec-vivum condes:
Mortuus nihil appetit.

Εις το εαρ. λζ'.

Ιδε, πως Εαρος φαεντος,
Χαιτες ῥοδα βρυουσιν.
Ιδε, πως κυμα θαλαττης
Απαλυνεται γαληνῃ.
Ιδε, πως νηττα κολυμβᾳ,
Ιδε, πως γερανος ὀδευει,
Αφελως δ' ελαμψε Τιταν.
Νεφελων σκιαι δονουνται.
Τα βροτων δ' ελαμψεν εργα.
Καρποισι γη προκυπτει,
Καρπος ελαιας προκυπτει,
Βρομιου στεφεται το ναμα,
Κατα φυλλον, κατα κλωνα
Καθελων ηνθισε καρπος.

Εις ἑαυτον. λή.

Εγω γερων μεν ειμι,
Νεων πλεον δε πινω.
Καν δεηση με χορευειν,
Σκεπτρον εχω τον ασκον.
Ναρθηξ γαρ ουδεν εστιν.
Ὁ μεν θελων μαχεσθαι,
Παρεστι γαρ, μαχεσθω.
Εμοι κυπελλον, ω παι,
Μελιχρον, οινον ἡδυν,
Εγχερασας, φορησον.

Εγω

De Vere. XXXVII.

Aſpice, ut Vere apparente
Gratiæ Roſas emittant.
Aſpice, ut fluctus æquoris
Molliatur ſerenitate,
Aſpice, ut anas natet,
Aſpice, ut grus migret,
Aperteque fulgeſcat Sol.
Nubium umbræ diſpelluntur.
Hominumque nitent labores:
Fructibus tellus erumpit;
Fructus olivæ germinat,
Bacchi oneratur palmes laticem continens
Per folium, per ſurculum
Diffundens jam floruit fructus.

De ſeipſo. XXXVIII.

Ego ſenex quidem ſum,
Juvenibus plus tamen bibo,
Et ſi opus fuerit me ſaltare,
Pro ſceptro teneo utrem;
Ferula enim nihil valet.
Qui vero vult pugnare,
Id enim per me licet, pugnet;
Mihi poculum, o puer,
Melleum, vinum dulce
Immiſcens, afferto.

Εγω γερων μεν ειμι,
Σειληνον εν μεσοις δε
Μιμουμενος χορευσω.

Εις εαυτον. λϑ.

Ὁτ' εγω πιω τον οινον;
Τοτε μευ ητορ ιανθεν
Μουσας αρχεται λιγαινειν.
Ὁτ' εγω πιω τον οινον;
Απορριπτεται μεριμνας
Πολυφροντιδες τε βουλας
Εξ αλιχτυπους αητας.
Ὁτ' εγω πιω τον οινον;
Φιλοπαιγμων τοτε Βαχχος
Πολυανθεσιν μ' εν αυραις
Δονεει μεθη γανωσας.
Ὁτ' εγω πιω τον οινον;
Στεφανους ανθεσι πλεξας,
Επιθεις δε τω καρηνω,
Μελπω βιοτου γαληνην.
Ὁτ' εγω πιω τον οινον
Μυρω ευωδει τεγξας
Δεμας, αγκαλαις δε κουρην
Καπεχων, Κυπριν αειδω.
Ὁτ' εγω πιω τον οινον;
Ὑποκυρτοισι κυπελλοις
Τον εμον νοον γ' απλωσας,
Θιασω γεγηθα κουρων.

Ὁτ'

Ego ſenex quidem ſum;
Silenum vero in medio
Imitans ſaltabo.

De ſeipſo. XXXIX.

Quando ego bibo vinum,
Tunc mihi cor recreatum
Muſas orditur celebrare.
Quando ego bibo vinum,
Projicitur cura,
Sollicitaque conſilia
In mare-pulſantes ventos.
Quando ego bibo vinum,
Jocoſus tunc Bacchus
Florulentas me inter halationes
Verſat, ebrietate hilarem reddens.
Quando ego bibo vinum,
Serta floribus texens,
Imponenſque capiti,
Laudo vitæ ſerenitatem.
Quando ego bibo vinum
Unguento ſuaveolenti tingens
Corpus, ulniſque puellam
Detinens, Venerem celebro.
Quando ego bibo vinum
Ventroſis poculis,
Meum utique animum explicans
Tripudio exhilarar juvenum.

Ὁτ' ἐγω πιω τον οινον
Τοδε μοι μονω το κερδος.
Τοδ' ἐγω λαβων αποισω.
Το θανειν γαρ μετα παντων.

Εις Ερωτα. μ'.

Ερως ποτ' εν ῥοδοισι
Κοιμωμενην μελιτταν
Ουκ ειδεν, αλλ' ετρωθη,
Τον δακτυλον δε δηχθεις
Της χειρος, ωλολυξε.
Δραμων δε και πεταστεις
Προς την καλην Κυθηρην:
Ολωλα, ματερ, ειπεν,
Ολωλα, καποθνησκω.
Οφις μ' ετυψε μικρος
Πτερωτος, ὀν καλουσι
Μελιτταν οἱ γεωργοι.
Ἡ δ' ειπεν, Ει το κεντρον
Πονει το της μελιττης,
Ποσον δοκεις, πονουσιν,
Ερως, ὀσους συ βαλλεις;

Εις συμποσιον. μά.

Ἱλαροι πιωμεν οινον
Αναμελψομεν δε Βακχον,
Τον ευρετην χορειης,

Quando ego bibo vinum,
Hoc mihi ſoli lucrum:
Hoc acceptum exportabo:
Mors en; commune eſt mihi *cum omnibus.*

De Cupidine. XL.

Cupido aliquando inter roſas
Dormientem apiculam
Non vidit, ſed vulneratus eſt.
Digitum itaque morſus
Manus ejus, exululavit.
Currenſque ſimul *& volans*
Ad pulchram illam Cytheren:
Perii, mater, inquit,
Perii, & prorſus morior:
Serpens me percuſſit puſillus
Alatus, quem vocant
Apem ruricolæ.
Illa tunc dixit: Si aculeus
Cruciat tantopere *Apiculæ,*
Quanto magis, *putas, dolent illi,*
O Cupido, quos tu feris?

In ſympoſium. XLI.

Hilares bibamus vinum,
Et concelebremus Bacchum,
Repertorem choreæ.

Τον ὁλας ποθουντα μολπας.
Τον ὁμοτροφον γ' Ερωτι,
Τον ερωμενον Κυθηρης.
Δι' ὁν ἡ Μεθη λοχευθη,
Δι' ὁν ἡ Χαρις τ' ετεχθη,
Δι' ὁν αμπαυεται Δυπη,
Δι' ὁν ευναζετ' Ανιη.
Το μεν ουν πωμα κερασθεν
Απαλοι φερουσι παιδες.
Το δ' αχος πεφευγε μιχθεν
Ανεμοστροφῳ θυελλη.
Το μεν ουν πωμα λαβωμεν.
Τας δε φροντιδας μεθωμεν.
Τι γαρ εστι σοι το κερδος.
Οδυνωμενῳ μεριμναις;
Ποθεν οιδαμεν το μελλον;
Ὁ βιος βροτοις αδηλος.
Μεθυων θελω χορευειν,
Μεμυρισμενος δε παιζειν,
Μετα των καλων εφηβων,
Μετα και καλων γυναικων.
Μελετω δε τοις θελουσιν
Ὁσον εστιν εν μεριμναις.
Ἱλαροι πιωμεν οινον,
Αναμελψομεν δε Βακχον.

Εις ἑαυτον. μβ'.

Ποθεω μεν Διονυσου

Φι-

Integras expetentem cantilenas,
Connutritum *Amori, & iisdem moribus,*
Amasium Veneris,
Per quem Ebrietas genita est,
Per quem Gratia nata est,
Per quem cessat Luctus,
Per quem sopitur Tristitia.
Poculum igitur huc probe *mixtum*
Dum *molles afferunt pueri,*
Mœstitia statim *fugit immixta*
Ventis-agitata procella.
Poculum igitur sumamus,
Curasque dimittamus.
Quodnam enim est tibi commodum
Vexato sollicitudinibus.
Unde novimus quod futurum est?
Vita mortalibus prorsus *incerta.*
Probepotus *volo saltare,*
Unguentoque perfusus ludere
Una cum elegantibus adolescentibus,
Una cum formosis fœminis:
Cura autem esto volentibus
Quantum quantum est in curis.
Hilares bibamus vinum,
Et concelebremus Bacchum.

De seipso. XLIII.

Aveo quidem Bacchi

Lu-

Φιλοπαιγμονος χορειας,
Φιλεω δ', ευτ' αν εφηβου
Μετα συμποτου λυριζω.
Στεφανισκους δ' υακινθων
Κροταφοισιν αμφιπλεξας,
Μετα παρθενων αθυρειν
Φιλεω μαλιστα παντων.
Φθονον ουκ οιδ' εμον ητορ,
Φθονον ου δειδια δηκτην,
Φιλολοιδορωιο γλωττης
Φευγω βελεμνα κουφα.
Στυγεω μαχας παροινους
Πολυκωμους κατα δαιτας.
Νεοθηλαις δ' αμα Κουραις
Υπο βαρβιτω χορευων.
Φερε, φιλταται, λεγοιμι,
Βιον ησυχον φερωμεν.

Εις τεττιγα. μγ'.

Μακαριζομεν σε, τεττιξ,
Οτι δενδρεων επ' ακρων
Ολιγην δροσον πεπωκως,
Βασιλευς οπως, αειδεις.
Σα γαρ εστι κεινα παντα,
Οποσα βλεπεις εν αγροις,
Χωποσα φερουσιν Ωραι.
Συ γαρ ει φιλος γεωργων,
Απο μηδενος τι βλαπτων·

Ευ

Ludibundi choreas:
Gaudeoque quando cum adoleſcentulo
Compotatore lyram pulſo.
Corollas autem hyacinthorum
Temporibus circum aptans,
Cum virginibus ludere
Amo maxime omnium.
Invidiam haud novit meum Cor,
Invidiam nec unquam timui mordacem,
Calumnias-amantis linguæ
Fugio ſagittas leves.
Abominor prælia inter-pocula-facta
Comeſſabundis in epulis.
Recens-mamillas-ferentibus cum puellis
Ad barbitum ſaltans,
Agedum, cariſſimæ, dixerim,
Vitam placidam feramus.

Ad Cicadam. XLIII.

Beatam prædicamus te, o Cicada,
Quod arboribus in proceris
Exiguo rore potato,
Rex veluti cantillas.
Tua etenim ſunt illa omnia
Quæcumque vides in agris, (ſides Deæ
Et quæcunque producunt Horæ anni præ-
Tu enim amica es agricolarum,
De nihilo quicquam lædens;

Tu

Συ δε τιμιος βροτοισι,
Θερεος γλυκυς προφητης.
Φιλεουσι μεν σε Μουσαι,
Φιλεει δε Φοιβος αυτος,
Λιγυρην δ' εδωκεν οιμην.
Το δε γηρας ου σε τειρει.
Σοφε, γηγενης, φιλυμνε,
Απαθης, αμαιμ', ασαρκε,
Σχεδον ει Θεοις ομοιος.

Εις το 'εαυτου ονειρον. μδ'.

Εδοκουν οναρ προχαζειν,
Πτερυγας φερων επ' ωμων.
Ο δ' Ερως, εχων μολυβδον
Περι τοις καλοις ποδισκοις,
Εδιωκε και κιχανεν.
Τι θελει γ' οναρ τοδ' ειναι;
Δοκεω δ' εγωγε πολλοις
Εν ερωσι με πλακεντα,
Διολισθανειν εν αλλοις,
Ενι τωδε συνδεθηναι.

Εις τα Ερωτος βελη, μέ.

Ο ανηρ ο της Κυθηρης
Παρα Λημνιαις καμινοις
Τα βελη τα των Ερωτων
Εποιει, λαβων σιδηρον,

Αχι-

Tu item honorata mortalibus,
Æſtatis dulcis prophetis.
Amant quidem te Muſæ,
Amat & Phœbus ipſe,
Argutamque tibi *dedit vocem:*
Quinimo ſenectus haud te fatigat.
O docta, indigena, cantandi ſtudioſa,
Perturbationibus carens, & ſanguine, &
Propemodum es Diis ipſis *ſimilis.* (*carne,*

De ſomnio ſuo. XLIV.

Videbar per *ſomnium curſu-ferri,*
Alaſque gerens in humeris:
